

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistola excusatoria ad Sueuos

Wimpfeling, Jakob

[Argentorati], 1506

VD16 W 3380

Vimphelingius Bebelio. S.

[urn:nbn:de:bsz:31-299687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299687)

N Bebelius poeta

Wimphelingo. S.

¶ Precrebuit in gymnasio nostro rumor: te parum Liberati-
nedicam humaniter / et sentire et loqui de Sueuis. Unde mul-
torum qui apud nos Lris ⁊ ingenio valent. animi sunt in te cō-
moti. non mediocriter. adeo vt in te calamos armatāq; miner-
uam distrinxissent: nisi cohibuissent. qui de te hacten^o optime
senserunt. Ego vero cum existimes Sueuos / non tā abiectos
esse: aut afflictis moribus nec item eruditionis: animi reliqua-
rumq; virtutum ita egere. vt a quoqnā contemptū vitupera-
tumue iri debeant. nō facile induci possum. te pro singulari tua
humanitate. modestia ⁊ prudentia cōmissur. vnq; vt in merito
et iniuria cōiuriareris illis quibus minime cōueniebat. quiq;
te singulariter obseruauerūt. ⁊ lucubratiōibus tuis sunt plau-
sibiliter (vt ita loquar) suffragati semper. Quare precor: ita fa-
cias vt malis Sueuos tibi esse amicos q̄ inimicos.

Wimphelingius

Bebelio. S.

¶ Quod male non sentiam de Sueua. dudum a maximis his-
toricis celebrata neq; de Sueuis quorū multi ⁊ Heydelberge
et spire. amicissimi mihi fuere. si non legisti Theodostychon me-
um. ad ducem vestruz Eberhardum. Si non dum venit in ma-
nus tuas Epithoma in historiam euangelicam. In qua nitoz
Innocentiam vestratum ostendere. contra quendā Jacobuz
Pergamensem qui de Sueuis ⁊ duce. a Mediolani fallacissime
scripsit. Si non dum vidisti Epithomatis germanozum ca. puz
Lxi. In quo Inter quinq; gētes Thurcu; debellaturas Sue-
uos secundo loco posui. Lognoscas saltem ex Epistola que se-
quitur.

Quod autem quorundam sacrificulorum qui inter concionandis
Omne verbum adiacens in suum participium et verbum sum
more dyalecticorum copulam aut conuersionem indagantia
vulgaribus verbis resoluunt. ineptam superfluitatem sapauit.
non id Sueuic. non id Sueuis elegantibus atque doctis detra-
hit. Ego Sueuos non tam bonis literis quam virtutibus predictos et
amaui semper et amabo quoad vixero. quales vero vnus sal-
tem sueui mores probare non possim. quos neque ethnicus pro-
bare in calce epistole sequentis visurus es. Itaque me coram
tuis gentilibus excusato. apud quos hunc de mei rumorem
suspicio exortum a quodam ignoto qui se Franciscum Schatzer
de Rotwila doctorem appellat qui in me crudeliter inuehit.
qui sanguinem meum sirit. Is si ex probis parentibus natus
est probeat tandem et certior me faciat ubi nam habitet
quo in statu sit. cuius facultatis insignia gerat. ut ei ad oculum
demonstrare possim. quod vel meum de integritate libellum
non sane intellexerit. vel de vita et religione christiana minus
sobrie sentiat. quodque coram quibusdam laicis falsus fuerit con-
tra me delator. impius proditor et iniquus accusator. Vale